

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersio ae
cum uariis

Tales offerunt hostiam uiuentem, Deo placentem, immaculatam, non aure, non oculo, non pede, non cauda carentem. Audiatur hoc senum sera conuersio quibus ex defectu senectutis aures obturantur, oculi turbantur et, ut cuncta breuiter perstringam, ipsi in se per se deficiunt. Hii non offerunt agnum immaculatum sed, ut ita dicam, porcum curtatum. Sicut enim porcus in inmundiciis, sic senex iacuit in uiciis, et sicut porcus siliquiis pascitur, sic senex fabulis et rumoribus delectatur.

Hugo ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

pascitur] pascit L²; senex] pascitur *add. (del. intra)* M; Hugo *om.* C P V¹ V² L¹ L²